potuit. Ne nobis tamen possit praeiudicare, videamus quae veri regalis
sit generis dicimus Christum, et pueros et nobiles reges accitum dominum ge-
nus. Sed ubi adulterina regnum affectavit propago, successionem
nobilitatis suae non potentiae sed generationis ordo servavit. Tamen
ipsum regem secundum honorem saeculi non accepimus Christum. Quomodo ergo ex
fructu ventris tui ponam super sedem meam? Quomodo et angelus de eo dicit:
quia dabit illi dominus deus sedem David patris sui, et regnabit in domo Ia-
cob in aeternum. Quomodo ergo regnare promittitur, nec ostenditur? Aut
quomodo ex semine Iechoniae nullus regnaturus dicitur per prophetam? Si
enim Christus regnavit, ex semine autem Iechoniae Christus est, propheta mentitus
est, mentita sunt et oracula. Sed illic futuros ex semine Iechoniae poste-
ros non negat; et ideo de semine eius est Christus; et quod regnavit Christus, non est
contra prophetiam est. Non enim saeculari honore regnavit, nec in Iechoni-
ae sedibus sedit, sed regnavit in sede David. Verum cum ipse Iechonias
David sederit sede, quemadmodum solvitur quod dictum est, quia David sede
Iechoniae posteri non sederunt, cum eadem sedes fuisse videatur am-
bobus? Itaque et nos sedem David fuisse negare non possumus, non eandem tamen
regis David sedem Christi quam Iechonias sedit, immo nequisquam alius
ex genere David sedem eius potuit sedere quam Christus, quia nec in aliquo
alio semen eius aeternum est, sed in Christo, sicut Deus ipse reseravit dicens: Semel
iuravi in Christo meo, si David mentiar: semen eius in aeternum manebit,
et sedes eius sicut sol in conspectu meo. Quem ergo dicit hic? Non Salomo-
nem utique, non Roboam, non Nathan, sed illum de quo solo potest dicere: Po-
nam in mari manum eius et in fluminibus dexteram eius. Ipse invoca-
bit me: pater meus es tu, et in saeculum saeculi semen eius et thronum eius sicut di-
es caeli. Non utique hunc thronum Salomon sedit, non Roboam,
nec Iechonias. Vis scire quis sederit? Ipse est de quo dicit angelus ad Mari-
am: Ecce concipies in utero et paries filium et vocabis nomen eius
Iesum. Hic erit magnus et filius altissimi vocabitur, et dabit illi dominus
deus sedem David patris sui et regnabit in domo Iacob in aeternum et re-